6105

DE
AULA HOMERICA

DISPUTATIO,

QUA

CHRISTIANEI REGII

SOLLEMNIA LITERARIA

D. XXXI. MART., I. ET II. APRIL.

CELEBRANDA

HUMANISSIME INDICIT

Johann Hans Bord
J. H. C. EGGERS,

AA. LL. M. PHIL. D. GYMN. PROF. ET DIRECTOR,
EQUES ORD. DANNEBROGICI.

ALTONAE,
TYPIS *HAMMERICHI ET HEINEKINGI.*
MDCCCXXX.

DE
AULA HOMERICA
COMMENTATIO.

De domo Ulixi singulisque eius partibus, quae in Homericis carminibus passim commemorantur, multi saepe exposuerunt viri eruditi. Nam cum ad scriptores veteres recte intelligendos longe plurimum valeat accuratior rerum, quas tractant, investigatio, Homeri autem carmina, quoniam singulari quadam dulcedine legentium animos tenent, summa semper cupiditate acerrimoque studio a senibus non minus, quam ab adolescentibus lectitata sint, res ad vitam heroum, qui Iliacis temporibus florebant, et publicam et privatam pertinentes diligentius pervestigatas et magna cura illustratas esse, nemo facile mirabitur. In Odyssea autem interpretanda qui versabantur, multa, quae in ea narrantur, non poterant recte explicare, quin *regum aedes* quomodo Homeri aetate descriptae fuissent, diligenter ante explorarent. Duas autem poterant, qui in hac antiquitatis parte illustranda occupabantur, vias ingredi, quarum una per sola ducebat Homeri carmina, altera etiam ad alia deverticula aberrare sinebat. Illam qui sequebantur, videntur hi quidem undique tutiores incessisse, et facilius eo, quo volebant, pervenire potuisse; sed tamen non omnino negligendos esse eos, qui caute et considerate nonnullas etiam flexiones quaerebant, unde, quae ad totius itineris consilium iuvandum conferrent,

non sine studio quodam et labore peti poterant, facile apparet. Etsi igitur qui nostra memoria Ithacam insulam [1]) ipsi adierunt, multa fortasse, quae optabant, ibi invenisse sibi visi sunt, ideoque vix digni videntur, quibus tantum, quantum interdum videmus, in hac re tribuatur: tamen quae posterioribus temporibus aedium Graecarum forma fuerit, non prorsus inutile est quaerere [2]), praesertim cum aliquam

---

[1]) Ipsa insula *Ithaca* quaenam fuerit ex iis, quae nunc *Ionicae* vocantur, adhuc dubium est. Recentiores quidem interpretes (cf. *Nitzschii* praef. p. XX.) cum iis, qui nostra memoria illas regiones perlustrarunt, Gellio, Dodwello, Goodissono, aliis, quos accuratissime percensuit *Schreiberus* (Ithaka, p. 3 sqq.), Ithacam eam insulam fuisse contendunt, quam Graeci nunc *Theaki*, Turcae *Phiachi* vocant. Sed omnia incerta reddidit *Voelckeri* subtilissima disputatio (Hom. Geogr. p. 46, sqq.), quam si probare cogimur, aut de Ithaca Homerum non plus, quam de remotioribus terris occidentem versus sitis cognitum habuisse, aut illam insulam heroica aetate celebratissimam vel terrae motibus vel ignibus subterraneis vastatam et in aequore demersam esse, statuamus necesse est. Ad priorem illam sententiam *Reinganum* (Berl. Jahrb. f. wissensch. Krit. 1830, p. 84) inclinare video, quamquam ne nunc quidem desunt, qui ob accuratam insulae, quam Ithacam esse putant, notitiam Homerum Ithacensem fuisse et ipsum adeo Ulixem serio defendant. *Constantinum Koliadem*, univ. lit. Ion. prof., me dicere nemo non intelligit. Vid. The Times. Febr. 9. 1829.

[2]) Hoc quaerere nunquam omiserunt viri docti. *Schreiberus* enim, quamquam *Vossium*, virum de Homeri carminibus longe meritissimum, qui, ut in ceteris, sic etiam in hac re temporum diversitatem respiciendam esse, egregie monuit (ad *Hom.* h. in Cer. 184), vituperat, quod alicui posterioris temporis aedificii formae eam, quae Homeri aetate fuerit, accommodarit, non solum eodem errore, si hic error est, lapsus, sed *Gellii* etiam, viri ad res Graecas indagandas curiosissimi, auctoritate nimium confisus ex nonnullis, quas hic se invenisse arbitrabatur, regiae Ithacensis reliquiis, de quibus tamen iam Goodissonus dubitabat (cf. *Cammann's* hom. Vorschule, p. 405), singulas aedium Homericarum partes definiri posse, temere opinatus est.

tamen huic cum vetere illa Homerica similitudinem fuisse, negari non posse videatur.

Itaque de *aula domus Homericae*, cuius structuram simpliciorem paullo, quam multis saepe visum est, fuisse credimus, disputaturi omnia, quae ex ipsis carminibus Homericis collecta ad rem illustrandam pertinent, breviter percurremus, nusquam tamen omnino neglectis iis, quae aliunde petita lucis ei aliquid afferre possunt.

Aulam domus Homericae constat fuisse locum apertum et apricum, vel, ut *Petisci* verbis utar, subdialem et perflatilem, ante ipsas aedes positum [3]). Sed ambigunt viri docti, una Homeri aetate domo aula, an duae additae fuerint [4]). Nos quidem, re saepius examinata, *unam* fuisse nobis persuasimus. Nam quoties domus aliqua commemoratur a poëta, aut singulae eius partes enumerantur, semper *aula* ei adiungitur, nusquam *aulae*. Sic Alexandro in arce Troiana prope Priami Hectorisque

---

[3]) *Eustath.* (ad Od. IV, 74; Il. XXIV, 29 et 238) *αὐλῆς* nomen, cum *Athenaeo* (Deipnos. V, 15) docet, ab *ἄω* ductum semper *ἐπὶ τῶν ὑπαίθρων τόπων* Homerum ponere, cum sit *ὁ διαπνεόμενος τόπος.* Hinc *αὐλὴ* opponitur domo Od. XVIII, 237. Ipsa *Petisci* verba habet *Schreiberus* (l. c. p. 128).

[4]) *Unam* Homeri aetate aedium aulam fuisse, multi et veteres et recentiores statuunt interpretes. Nam quod *Heynius* (ad Il. V, 137) aedium partes e *Porphyrii* scholio affert *αὐλὴν*, *μέσαυλον*, *χόρτον*, *σταθμὸν*, *σηκὸν*, *αἴθουσαν*, *πρόδομον*, *δόμον*, *θάλαμον*, id ita intelligendum est, ut aliae partes sint domus rusticae, aliae urbanae. Ipse Heynius postea (ad Il. VI, 242), ubi aedes Homericas accuratius describit, unam tantum aulam illis temporibus fuisse censet. Unam aulam etiam *Feithius* (Antiqu. Hom. III, 11, 4) nobis quidem videtur statuisse, quamquam quae de muro, quo tota aula septa erat, affert (§. 2), ad aulam aliquam rusticam spectare, *Schreiberus* (l. c. p. 122) arbitratus est. *Schneiderus* (Epimetr. ad *Xenoph.* Mem. Socr. p. 270, sqq.) unam agnoscit aulam domus Homericae; nam quae de voce *μεσαύλου* (p. 278) observat, minus recte videtur Schreiberus (l. c. p. 123, n. 1) accepisse. Eandem sententiam amplectuntur *Nitzschius* (ad Od. III, 406) et *Cammann* (hom. Vorsch. p. 324).

aedes (Il. VI, 315) τέκτονες ἄνδρες ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν. In ipsius autem aedibus Priami filiarum duodecim ἔνδοθεν αὐλῆς (Il. VI, 247) erant thalami. Ulixes cum in patriam redisset, et cum Eumaeo ad urbem accessisset, regiam agnoscens (Od. XVII, 264), ἐπήσκηταί οἱ, inquit, αὐλὴ τοίχῳ καὶ θριγκοῖσιν. [5]) Una denique dicitur αὐλὴ domus Alcinoi (Od. VII, 112 et 130, coll. VI, 303), Menelai (Od. XV, 162), Amyntoris (Il. IX, 472) et Aeoli (Od. X, 10) fuisse. Accedit, quod non solum regia Jovis (Od. IV, 74), cuius magna cum hominum domiciliis esse credebatur similitudo (*Heyn.* exc. VIII ad Il. I) [6]), sed Achilli etiam κλισία (Il. XXIV, 452), Eumaei domus (Od XIV, 5), atque adeo Cyclopis antrum (Od. IX, 184) unam aulam habuisse narrantur.

Qui autem ab aliis [7]) citantur loci, quibus iam antiquissimis temporibus duas aedibus Graecis aulas fuisse se probare posse putant, hi nihil mihi quidem videntur efficere. Nam primum *cortem* aliquam ante aulam, quam dicunt interiorem, positam fuisse, ex iis, quae afferre solent, non sequitur. Huc enim non pertinere Od. XVII, 266, ex ipsis verbis modo allatis intelligitur, cum vocabulo αὐλῆς nihil prorsus additum sit, quod de corte cogitare, cogat. Stercus autem mulorum et boum, quod ante fores domus Ulixeae (προπάροιθε θυράων, Od. XV, 297)

---

[5]) Domus Ulixeae aula saepe in Odyssea memoratur, ut I, 425; II, 300; IV, 678; XVI, 343; XVIII, 101; XX, 355; XX, 191 et 240, coll. 398; XXII, 137, 375, 494, rel.

[6]) Hunc excursum acriter exagitat *Vossius* (krit. Blätt. T. I, p. 98), quamquam *Nitzschius* (ad Od. I, 102) non tam multa ibi doceri putat, quae omnino sint reiicienda. Sed *aulam regiae Jovis* ipse *Vossius* (ad *Virg.* Ecl. V, 56) agnoscit; de *Olympo* nuper copiosissime egit *Voelckerus* (hom. Geogr. p. 4, sqq.)

[7]) Citant eos praeter *Vossium* (ad Odysseam in linguam patriam conversam) et *Hirtium*, cuius librum, qui inscribitur Gesch. d. Bauk. der Alten, me inspicere non potuisse, vehementer doleo, etiam *Schreiberus* (l. c. p. 122 et 128.)

iacuisse dicitur, donec servi vectarent in agros, non in peculiari quadam corte, sed aut extra illam maceriam [8]), quam aulam cinxisse constat, aut, id quod veri similius est (*Camm.* l. c. p. 324), in ipsa aula magna illa atque ampla videtur iacuisse. Minus etiam huc referri potest Od. XXII, 442, cum aula ibi excipiat domo, i. e. oeco (μεγάροιο, i. e. ἀνδρῶνος) egressos, ut si duae fuissent aulae, de interiore hic, non de corte cogitandum esset. Idem statuendum est de eo loco (Od. XVIII, 100), ubi Irum Ulixes ἐκ προθύροιο protrahit, donec ad aulam pervenit et porticus ianuas. Πρόθυρον enim hic sine dubio est locus ante fores oeci, porticu autem ornata erat ea ipsa aula, quam putant fuisse interiorem [9]). Denique (Od. XXI, 389) Philoetius θύρας occludit εὐερκέος αὐλῆς, quam non cortem ab ipsa aula diversam fuisse vel inde apparet, quod fune nautico *in porticu* forte invento bubulcus portam obligat [10]).

Contra de *interiore* aliqua *aula* explicanda esse putant Od. I, 104; IV, 625; XVII, 167. Hi loci omnes inter se similes sunt, ut alter alterum illustret. Od. I, 104 Minerva stat ad limen aulae (οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου), Telemachus autem versatur inter procos, qui calculis vel latrunculis ludunt προπάροιθε θυράων. [11]) Od. IV, 625 et XVII, 167 iidem proci discis venabulisque iaciendis se delectant πάροιθεν Ὀδυσσῆος μεγάροιο.

---

[8]) Hac maceria totam adeo domum cinctam fuisse et *Vossius* et *Heynius* (ad Il. VI, 242; IX, 468) statuerunt. Insignis ab hac parte est locus, quem *Schreiberus* l. c. p. 120) affert, Od. XXIII, 190: θάμνος ἔφυ τανύφυλλος ἐλαίης ἕρκεος ἐντός, ubi de aulae muro cogitari nequit.

[9]) Solus, quantum scio, *Schreiberus* (Ith. p. 122) cortem quoque porticu cinctam fuisse censet, sed, cur ita statuat, non addit.

[10]) Qua ratione *fores occluserint* veteres, ante *Schreiberum* (l. c. p. 128) accuratius exposuit *Vossius* (ad *Arat.* 191).

[11]) Possunt quidem haec verba explicari: *ante portam aulae*, ut Od. XVI, 344; sed rectius tamen *de foribus aedium* intelligi videntur.

[illegible] quod
[illegible] deli-
[illegible]
[illegible])
[illegible]
[illegible]
[illegible] ab
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible] quod
[illegible] in
[illegible]
[illegible])
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] et

[illegible]

i. e. stabula pecuaria, quae sunt quasi ἐπ' αὐλῇ structa, aut ipsas cortes et aulas [14]). Omnes autem greges regios et armenta procul ab urbe in agris fuisse, partim in ipsa insula Ithaca partim in terra continenti, quae Ithacae ex adverso posita erat, patet ex Od. XIV, 100 sqq. — Σταθμὸν denique huc referri non posse ostendunt loci, quos satis multos collegit *Damm.* Lex. Hom. et Pind. p. 2259. Cf. *Heyn.* ad Il. XVIII, 589, ubi stabula, σταθμοί, distinguuntur a casis et caulis.

Sed tota haec de *duabus aulis* opinio inde orta videtur, quod domum Homericam posterioris temporis aedibus nimio studio accommodarunt. *Apollonius* enim *Rhodius* (Argon. III, 215, sqq.) exteriorem, quam Argonautae, cum Aeetam convenire vellent, ingrediuntur, aulam προμολὴν vocat, interiorem, quam porticus cingit, μέσσαυλον. Accedit, quod interdum praeter αὐλὴν memoratur etiam προαύλιον [15]), quamquam *Perizonius* (ad *Aelian.* var. hist. III, 4) hanc vocem non nisi tum de vestibulo dici censet, si αὐλὴ pro ipsa domo ponatur [16]). Domus denique Graeca, quam describit *Vitruvius* (de archit. VI, 10), quemcunque ut probabiliorem sequimur interpretem, praeter duas aulas, quarum altera pars est γυναικωνίτιδος, altera ἀνδρωνίτιδος, etiam equile habet [17]).

---

14) Sic ἔπαυλα leguntur etiam apud *Sophoclem* (Oed. Tyr. 1138). Cf. *Schneid.* epim. p. 270.

15) *Jul. Poll.* (Onom. I, 77): εἶτα πρόδομος καὶ προαύλιον καὶ αὐλὴ τὸ ἔνδον, ἣν αἴθουσαν Ὅμηρος καλεῖ, et *Suidas*: προαύλια τὰ ἔμπροσθεν τῆς αὐλῆς.

16) *Regiam* saepe significat, de qua significatione et *Irmischius* egit (ad Herodian. I, 6, in.) et *Meineke* (ad Menandr. et Philem. p. 283).

17) De his quaerunt interpretes ad *Xenoph.* Mem. Socr. III, 8, 9, ubi *Weiskius* simpliciorem dedit totius domus ichnographiam, quam quae a Barthelemio addita est Anacharsis itineri. Hunc tamen secutum esse video *Stieglitz,* Archaeol. d. Bauk. d. Griechen u. Röm. II, 2, p. 153.

Illud autem priori loco additur, audito ab Noëmone itinere, quod Telemachus Pylum [12]) susceperat, procos statim de eius caede deliberasse; hanc deliberationem auscultando excepisse Medontem, praeconem, *αὐλῆς ἐκτὸς ἐόντα*, cum illi in aula deliberarent (*ἔνδοθι μῆτιν ὕφαινον*). Versabantur igitur proci, dum ludis delectantur, in eadem illa aula, quam ante fores domus Ulixeae positam fuisse supra vidimus. Sic nihil videtur in omnibus, quos laudare solent, locis inesse, quod cortem ab aula diversam aedibus heroum additam fuisse statuere nos cogat.

Neque *nomina*, quibus *Schreiberus* (l. c. p. 123) aulam, quam rusticam dicit, appellatam ab Homero esse affirmat, usquam eam, quam iis tribuit, habent significationem. *Μέσαυλος* enim nunquam apud Homerum pars est domus urbanae, sed semper ita memoratur, ut in agris eum fuisse facile intelligamus. Significat enim aut cortem stabula boum oviumque concludentem, a qua rustici, *ἀγροιῶται* (Il. XI, 547), qui aliis locis (Il. XVII, 112 et 657) simpliciter *ἄνδρες* dicuntur, leonem fugant, aut huic corti similem aulam Cyclopis (Od. X, 435), aut denique villam seu domum rusticam, qualis fuit, in qua Paridem habitasse legimus (Il. XXIV, 29), cum deae ad eum, pulchritudinis iudicem, accederent [13]). *Ἔπαυλος*, quae vox in carminibus Homericis semel tantum (Od. XXIII, 358) legitur, idem fere significare apertum est. Ulixes enim de gregibus, quos quotidianis proci conviviis admodum imminuerant, ita loquitur:

> *Πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐγὼ ληΐσσομαι, ἄλλα δ' Ἀχαιοὶ*
> *δώσουσ', εἰςόκε πάντας ἐνιπλήσωσιν ἐπαύλους,*

---

[12]) *Messeniam* hanc fuisse et *Nitzschius* uberius ostendit (ad Od. III, 4), et *Voelckerus* ponit (hom. Geogr. p. 58).

[13]) In his *Schneiderum* (epim. p. 278) secutus sum; sed quomodo *Schreiberus* suam iis sententiam firmari dicere possit, equidem me non videre fateor.

i. e. stabula pecuaria, quae sunt quasi ἐπ' αὐλῇ structa, aut ipsas cortes et aulas [14]. Omnes autem greges regios et armenta procul ab urbe in agris fuisse, partim in ipsa insula Ithaca partim in terra continenti, quae Ithacae ex adverso posita erat, patet ex Od. XIV, 100 sqq. — Σταθμὸν denique huc referri non posse ostendunt loci, quos satis multos collegit *Damm.* Lex. Hom. et Pind. p. 2259. Cf. *Heyn.* ad Il. XVIII, 589, ubi stabula, σταθμοί, distinguuntur a casis et caulis.

Sed tota haec de *duabus aulis* opinio inde orta videtur, quod domum Homericam posterioris temporis aedibus nimio studio accommodarunt. *Apollonius* enim *Rhodius* (Argon. III, 215, sqq.) exteriorem, quam Argonautae, cum Aeetam convenire vellent, ingrediuntur, aulam προμολὴν vocat, interiorem, quam porticus cingit, μέσσαυλον. Accedit, quod interdum praeter αὐλὴν memoratur etiam προαύλιον [15], quamquam *Perizonius* (ad *Aelian.* var. hist. III, 4) hanc vocem non nisi tum de vestibulo dici censet, si αὐλὴ pro ipsa domo ponatur [16]. Domus denique Graeca, quam describit *Vitruvius* (de archit. VI, 10), quemcunque ut probabiliorem sequimur interpretem, praeter duas aulas, quarum altera pars est γυναικωνίτιδος, altera ἀνδρωνίτιδος, etiam equile habet [17].

---

[14]) Sic ἔπαυλα leguntur etiam apud *Sophoclem* (Oed. Tyr. 1138). Cf. *Schneid.* epim. p. 270.

[15]) *Jul. Poll.* (Onom. I, 77): εἶτα πρόδομος καὶ προαύλιον καὶ αὐλὴ τὸ ἔνδον, ἣν αἴθουσαν Ὅμηρος καλεῖ, et *Suidas*: προαύλια τὰ ἔμπροσθεν τῆς αὐλῆς.

[16]) *Regiam* saepe significat, de qua significatione et *Irmischius* egit (ad Herodian. I, 6, in.) et *Meineke* (ad Menandr. et Philem. p. 283).

[17]) De his quaerunt interpretes ad *Xenoph.* Mem. Socr. III, 8, 9, ubi *Weiskius* simpliciorem dedit totius domus ichnographiam, quam quae a Barthelemio addita est Anacharsis itineri. Hunc tamen secutum esse video *Stieglitz*, Archaeol. d. Bauk. d. Griechen u. Röm. II, 2, p. 153.

contra canum impetum defenditur. Fortasse etiam huc pertinent Od. XIV, 310 et XVI, 62 [20]).

His expositis, postremo *formam* ipsam *figuramque* huius aulae, quantum fieri poterit, paucis exprimere conabimur. Totam eam *maceria* cingebat vel murus, qui ἕρκος αὐλῆς et τειχίον (*Schreib.* Ith. p. 120), interdum ἑρκίον (Il. IX, 472; Od. XVIII, 101) vel τοῖχος (Od. XVII, 267), et ex nonnullorum veterum grammaticorum sententia etiam χόρτος (*Heyn.* ad Il. XI, 773; XXIV, 640) dicebatur. Haec maceria, lapidibus [21]) sine dubio exstructa et *lorica* vel *corona* (θριγκῷ) ornata, qua ad viam publicam spectabat [22]), magnam habebat *portam* (θύρας αὐλείας, Od. XXIII, 49, vel αὐλῆς, Od. XXI, 240 et 389) [23]), duabus clausam foribus (δικλίδας, Od. XVII, 267), quae non raro πρόθυρα vel πρόθυρον

---

[20]) His locis utitur *Nitzschius*, qui V. D. quam bene de Homeri carminibus meritus sit, nemo sane est, quin gratissimo animo agnoscat, (ad Od. III, 496), ut ante fores otiosos homines sedisse et usque ad coenam sermones inter se contulisse doceat. *Ante aulae portam* nonnumquam eos versatos et inter se collocutos esse, unus, quod sciam, testatur locus (Od. XVI, 344, sqq.). Nam cur Ulixes cum subulco et bubulco (Od. XXI, 191) collocutus sit, ὅτε ῥ' ἐκτὸς θυρέων ἔσαν ἠδὲ καὶ αὐλῆς, ipse poëta significat.

[21]) Hoc ex ipso nomine *parietis* (τοίχου), quo appellatur, suspicari licet. Eumaeus (Od. XIV, 10) septum lapidibus exstructum spinis, ἀχέρδῳ, sibi cinxerat. Rure sentes legunt servi (Od. XXIV, 223), ut sint pro sepimento.

[22]) Ante aulam regiae Alcinoi (Od. VII, 112) *hortus* erat; sed nullus praeterea hortus commemoratur. Κῆπον enim πολυδένδρεον, quem Penelopae hortum putabant, Laertis fuisse, cum *Nitzschio* (ad Od. IV, 737) *Voelckerus* (hom. Geogr. p. 73) iure contendit.

[23]) Ab hac porta omnino diversa est alia, quae dicitur αὐλῆς θύρετρον (Od. XXII, 138): haec enim ex aula per πρόδομον in eam viam angustam videtur duxisse, qua exitus patebat in viam publicam.

ab Homero appellatur (*Nitzsch.* ad Od. IV, 20) [24]. Ab interiore huius muri parte exstructi erant *thalami* (*Schreib.* Ith. p. 156, n. 2), quorum alios veri simile est ad res pretiosas aut ad vitam necessarias asservandas paratos, alios cubicula liberorum regis aut affinium fuisse, ut generorum Priami (Il. VI, 247). Aperta porta qui in ipsam aulam intraverat, huic ad dextram et sinistram *porticus* patebat, ab altera parte illorum thalamorum parietem habens, ab altera inter columnarum, quibus tectum eorum prominens innitebatur, intervalla coelum et solem excipiens (*Heyn.* ad Il. VI, 243; IX, 468; XX, 11): quae porticus Homero est αἴθουσα αὐλῆς (*Nitzsch.* ad Od. III, 396, quem sequitur *Camm.* hom. Vorsch. p. 325). Sub hac boves videtur Philoetius, oves Melanthius (Od. XX, 176 et 189) alligasse; sub hac puto hospitum, qui advenerant, currus (Il. VIII, 435; Od. IV, 42) ad parietes splendidos [25]) esse applicatos; sub hac occisorum procorum corpora reponuntur (Od. XXII, 449); ex hac denique discessuri in viam publicam curru evehuntur (Od. III, 493; XV, 146 et 191; Il. XXIV, 323). *Stabula* mulorum et boum utrum sub hac porticu disposita fuerint, an in ipsa aula, incertum est, nec ex eo, quem *Vossius* attulit, loco (Od. XVII, 298) satis diiudicari potest. *Cubicula* denique *servorum ancillarumque* maximam partem [26]) non longe ab his stabulis abfuisse veri simile est, cum ex oeco per porticum,

---

[24]) Πρόθυρα θύρας πρώτας interpretatur *Eustathius* (ad Od. I, 104; coll. Il. XXII, 66); sed thalamorum etiam fores ita appellatas esse et ipsum, quod ante fores erat, spatium, notum est. Cf. *Schreib.* l. c. p. 122 et 134.

[25]) Hos aut aere inductos (*Heyn.* ad Il. l. c.), aut gypso dealbatos (*Damm.* Lex. Hom. p. 1806; quem *Vossius* secutus est,) interpretantur.

[26]) Servorum *ministerio dominorum inservientium* cubicula ubi fuerint, nusquam declaratur. Fortasse non longo a dominorum cubiculis spatio disiuncta fuerunt: quod de Xenophontis aetate docet *Schneid.* epim. p. 288. Cf. Schreib. l. c. p. 161.

DE
AULA HOMERICA
COMMENTATIO.

De domo Ulixi singulisque eius partibus, quae in Homericis carminibus passim commemorantur, multi saepe exposuerunt viri eruditi. Nam cum ad scriptores veteres recte intelligendos longe plurimum valeat accuratior rerum, quas tractant, investigatio, Homeri autem carmina, quoniam singulari quadam dulcedine legentium animos tenent, summa semper cupiditate acerrimoque studio a senibus non minus, quam ab adolescentibus lectitata sint, res ad vitam heroum, qui Iliacis temporibus florebant, et publicam et privatam pertinentes diligentius pervestigatas et magna cura illustratas esse, nemo facile mirabitur. In Odyssea autem interpretanda qui versabantur, multa, quae in ea narrantur, non poterant recte explicare, quin *regum aedes* quomodo Homeri aetate descriptae fuissent, diligenter ante explorarent. Duas autem poterant, qui in hac antiquitatis parte illustranda occupabantur, vias ingredi, quarum una per sola ducebat Homeri carmina, altera etiam ad alia deverticula aberrare sinebat. Illam qui sequebantur, videntur hi quidem undique tutiores incessisse, et facilius eo, quo volebant, pervenire potuisse; sed tamen non omnino negligendos esse eos, qui caute et considerate nonnullas etiam flexiones quaerebant, unde, quae ad totius itineris consilium iuvandum conferrent,

Claudebat aulam ab ipsius domus parte *porticus altera* [28]), quae *πρόδομος* interdum dicitur, quamquam verum vidisse puto *Schreiberum*, qui illud etiam intervallum, quod hanc porticum ab oeco disiungebat, *πρόδομον* complexum esse iudicat (l. c. p. 133). Neque tamen id assentior viro erudito, non peculiares ad hanc porticum exstructos fuisse *thalamos*. Ibi enim Telemachus (Od. I, 425; XIX, 48) [29]), ibi Nausicaa (Od. VI, 15; VII, 7) ibi, ut Priami (Il. VI, 244), ita Nestoris filii (Od. III, 413) suos videntur thalamos habuisse. Sub hac porticu (*ὑπ' αἰθούσῃ*) dormiebant hospites, cum, quoties quis advenerat, lectum ibi ancillae sternerent (Nitzsch. ad Od. III, 396) [30]). Hic fortasse molae erant constitutae, quibus hordeum (*Nitzsch.* ad Od. II, 290) ad victum quotidianum necessarium frangebant ancillae, quoniam Ulixes, in aulam egressus, ex aedibus (*ἐξ οἴκοιο,* Od. XX, 105) vocem audit ancillae sortem suam miseram querentis. Denique ex hac per magnam portam (*αἰθούσης θύρας*, Od. XVIII, 102) in ipsas aedes erat aditus.

---

28) Alii *αἴθουσαν* totam aulam undique cinxisse statuunt, non solum *Eustathii* (ad Il. XXIV, 238) aliorumque grammaticorum (Schreib. l. c. p. 131) auctoritatem secuti, sed etiam vetustissimas aedes ad recentiorum *περίστυλον* accommodantes. Ceterum saepius *αἰθουσῶν* mentio fit, ut Il. VI, 243; Od. VIII, 57.

29) Hos thalamos oeco superstructos in superiori aedium parte fuisse censet *Schreiberus* (l. c. p. 155), quoniam Telemachi cubiculum dicatur fuisse *περισκεπτῷ ἐνὶ χώρῳ*. At *περισκεπτῷ ἐνὶ χώρῳ*, in loco edito, unde longe lateque prospici poterat, non solum Circae domus (Od. X, 211), sed Eumaei etiam aula (Od. XIV, 6) sita erat.

30) Quod *Cammann* (l. c. p. 325) in thalamis putat hospites recubuisse, id ex voce *θύραζε* (Od. XV, 62) effici non posse, facile intelligitur.

Jahresbericht vom Gymnasium.

Im verflossenen Lehrjahre erlitt das Gymnasium einen schmerzlichen Verlust durch den am 22sten September des v. J. erfolgten Tod seines geschickten Zeichenlehrers, *Jess Bundsen*, der seit 1795 mit unverdrossnem Fleiss den Unterricht im Zeichnen ertheilt hatte. Die künstlerischen Leistungen des Verstorbenen sind von seinen Zeitgenossen dankbar anerkannt; als Lehrer am Gymnasium hat er manchen trefflichen Schüler gebildet. Er war eben so sehr durch Biederkeit und strenge Rechtschaffenheit, als durch pünktliche und gewissenhafte Erfüllung seiner Berufspflichten uns werth; sein Andenken bleibt uns theuer.

Der thätigen Fürsorge eines Hochansehnlichen Gymnasiarchalcollegiums, welches die durch diesen unerwarteten Todesfall erledigten Lehrstunden dem Lehrer des Schreibens und Rechnens am Gymnasium, Herrn *Kroymann*, der als Künstler, besonders als Portraitmaler, sich einen bedeutenden Ruf erworben hat, und seit mehreren Jahren gründlichen Unterricht im Zeichnen ertheilt, sogleich einstweilen übertrug, verdanken wir es, dass der Unterricht im Zeichnen durch jenen traurigen Verlust bei uns gar nicht unterbrochen worden ist.

Der übrige Unterricht im Gymnasium ist ganz nach dem im vorigen Jahre entworfenen und bekannt gemachten Plan ertheilt.

Ein Wunsch indeſs, den ich am Anfang des vorigen Lehrjahres äuſserte, ist noch im Lauf desselben zu unserer Freude in Erfüllung gegangen. Der Gesanglehrer, Herr *Petersen*, der einstweilen mit den Geschäften des *Cantorats* beauftragt worden ist, hat seit Michaelis mit sichtbarem Erfolg die Uebungen im *Singen* in Tertia und Quarta geleitet, und wir erwarten von diesem Unterricht mit Grund auch für das nächste Jahr den heilsamsten Einfluſs auf die Bildung unserer Zöglinge.

Das Fest der hohen Vermählung Ihrer Königlichen Hoheit der Kronprinzessin *Karoline* mit Sr. Königlichen Hoheit dem Prinzen *Friedrich Ferdinand* ist am 1. August mit derselben innigen Theilnahme vom Gymnasium gefeiert worden, wie das ähnliche Landesfest im vorigen Jahre. Die Festrede beantwortete dieſsmal die Frage, wie der Bürger das schöne Landesfest auf die würdigste Weise feiere, und schloſs mit den Worten: Schön also sind die Hoffnungen, mit welchen das heutige Fest und seine frohe Feier aufs neue die Herzen der Bürger erfüllt; schön die Aussichten in die Zukunft, die es uns aufs neue eröffnet. Des Königs erstgeborne Tochter, die Freude des Landes, geschmückt mit jeder Tugend Ihres Geschlechts, wird einem verwandten Fürsten vermählt, auf den mit ehrfurchtsvoller Zuversicht die Bürger schauen. Wir tief bewegt erflehen Segen dem heiligen Bunde, den Sie im Angesicht des Herrn an seinem Altar an diesem Tage schlieſsen. Wir beugen andachtsvoll unser Knie vor Dir, Ewiger, und aus dem Staube erheben wir mit Inbrunst unsere Stimme zu Dir, dessen Macht so weit reicht, als die Welten reichen. Nimm unter Deine waltende Obhut die hohen Verlobten, die jetzt, vom Gedanken an Dich durchdrungen, Treue gegenseitig Sich geloben. Gründe Du fest Ihr erhabnes Haus durch Deine Macht, und jedes Ungewitter, das über Ihren Häuptern sich zusammen zu ziehen drohen könnte, zerstreue Du mit Deinem gewaltigen Arm. Im heitern Sonnenschein des Glückes führe

Ihr Weg Sie über blumige Auen zu dem Ziele hin, das Deine Weisheit Ihnen hienieden setzte! Alle Ihre Bestrebungen zum Heil der Menschheit, alle Ihre Bemühungen für das gemeinsame Vaterland laſs durch Deinen Beistand in ihrem ganzen Umfang gelingen, daſs die Mitwelt dankbar Sie segne, daſs noch der späte Enkel mit Thränen der Rührung Ihre theuren Namen nenne! O vergilt dem innig verehrten Landesvater all Sein Wachen und Sorgen um uns und unser Wohl; vergilt der frommen Königin all das Gute, das Sie in so reichem Maaſs in Deinem Dienste übt, durch die stille Freude über das festbegründete Glück Ihrer geliebten Kinder, durch die immer schönere Blüthe Ihres erhabnen Hauses! Dein Geist ruhe stets auf diesem uns so theuren Fürstenhause! Deine Allmacht erhalte es bis in die spätesten Zeiten! Deine Güte offenbare sich immer herrlicher an dem neuvermählten edlen Fürstenpaar!

Indem ich nach der mir als Berichterstatter obliegenden Pflicht *) der bei der Feier dieses höchst erfreulichen Landesfestes mir selbst durch die Gnade Sr. Königlichen Majestät zu Theil gewordenen Auszeichnung mit dem ehrfurchtsvollsten Dank erwähne, gereicht es mir zu einer ganz besondern Freude hinzufügen zu können, daſs die eifrigen Bemühungen meiner Herren Collegen, mich in meinem Streben für das Gedeihen der meiner Leitung anvertrauten Anstalt kräftig zu unterstützen, die öffentliche Anerkennung gefunden hat, die ich ihnen von ganzem Herzen wünschte. Nachdem nemlich an demselben schönen Feste der hochverdiente Senior unsers Collegiums, Herr Professor *Klausen*, das

---

*) Die Instr. spec. §. XXXII schreibt vor: Praeterea Director *historicum* Gymnasii Paedagogiique agat, et omnia notatu digna — literarum monumentis diligenter consignet atque ita *historiam Gymnasii Paedagogiique* ab incunabulis utriusque pertexat.

Ritterkreuz des Dannebrogordens, und der dritte Lehrer, Herr Doctor *Frandsen* Rang mit außerordentlichen Professoren der Universität erhalten hatte, haben Se. Königliche Majestät geruht, unter dem 23sten Febr. d. J. den vierten Lehrer, Herrn *Ohrt*, und den vieljährigen Lehrer der französischen Sprache, Herrn *Ropsy*, zu Professoren allergnädigst zu ernennen.

Obgleich die *Gymnasienbibliothek* noch vom vorigen Jahre eine für ihre Zuflüsse nicht unbedeutende Schuld abzutragen hatte, hat sie doch auch im verflossenen Lehrjahr einige wichtige Werke anschaffen können. Ich nenne außer der Fortsetzung der scriptores Byzantini den Thukydides von Poppo, den Terenz von Bentley, den Rutilius Lupus von Ruhnken, nebst Wopkens lectiones Tullianae. Der *Allerhöchsten* Aufmerksamkeit auf unsere Lehranstalt, die für uns so ermunternd als erfreulich ist, verdanken wir die Fortsetzung der lithographischen Karten von Dännemark und den Herzogthümern. Herr *Hesse* hat auch in diesem Jahre durch mehrere Beweise eines freundlichen Wohlwollens uns zur Dankbarkeit verpflichtet. Aehnliche Theilnahme ist mir von einer andern Seite durch ein gütiges Anerbieten bewiesen worden, die ich mit gleicher Dankbarkeit anerkenne. Von den gelehrten Schulen im Lande hat nur die *Husumer* uns durch ihr Programm erfreut. Von Seiten des Gymnasiums wird der Programmentausch, der für alle gelehrte Anstalten gleichen Nutzen haben kann, sehr gewünscht.

Was endlich die *Frequenz* des Gymnasiums betrifft, so zählt gegenwärtig Quarta 27, Tertia 23, Secunda 23, Prima 24 Schüler. Diese geben mit unsern 16 Selectanern die Gesammtzahl von 113 Gymnasiasten. — Ostern 1829 blieben bei uns 21 Selectaner zurück. Zu diesen wurden 4 neu aufgenommen. Die oberste Klasse hatte also während des Sommers 25 Mitglieder. Um Michaelis gingen 10 derselben zur Universität ab, nämlich

Hans Friedrich Jacobsen,
aus Hamburg;
Anton Friedrich Benedict Quist,
aus Altona;
Friedrich August von Aspern,
aus Altona;
Georg Philipp Emil Kirchner Palm,
aus Bremen;
Hans Voſs,
aus Lütgenwestedt;
Peter Piening,
aus Horst;
Abraham Simmons,
von St. Thomas;
Detlev Andreas Friedrich Nissen,
aus Süsel;
August Wichmann,
aus Rabenkirchen;
Wilhelm Königswarter,
aus Fürth in Baiern.

Jacobsen, *Quist*, *von Aspern*, *Voſs*, *Simmons* und *Wichmann* nahmen am 25sten Sept. öffentlich Abschied; die Andern aus genügenden Gründen privatim. Zu den 15 zurückgebliebenen Selectanern kam nur Einer neu hinzu, so daſs die Zahl derselben auf 16 stieg. Von diesen 16 verlassen uns jetzt 3. Zwei von ihnen werden in öffentlichen Reden von uns Abschied nehmen. Nämlich

Peter Gottfried Martin Bagger,
aus Kopenhagen,

zeigt in deutscher Sprache, was die Dänen am 2ten April 1801 vor Kopenhagen zur heldenmüthigen Gegenwehr gegen den Angriff der Engländer entflammt habe;

und

Carl Friedrich Theodor Busch,
aus Woldenhorn,

entwickelt ebenfalls in deutscher Sprache die Ursachen der wachsenden Macht des Papstes.

Durch Umstände verhindert, eine öffentliche Abschiedsrede zu halten, geht ausserdem noch

Carl Ludwig Nicolai,
aus Ahrensburg,

zur Universität über.

Die öffentliche Prüfung der 4 oberen Klassen geschieht am Mittwoch, an 31. März, Vormittags von 9 und Nachmittags von 3 Uhr an; die Vorbereitungsklasse am nächsten Tage Nachmittags um 3 Uhr. Am 2. April Vormittags um 11 Uhr werden darauf die beiden öffentlichen Abschiedsreden gehalten.

Zu beiden Feierlichkeiten laden wir Se. Excellenz, unsern verehrungswürdigen Herrn Protogymnasiarchen, die übrigen Mitglieder eines Hochansehnlichen Gymnasiarchalcollegiums, den hochlöblichen Magistrat, das ehrwürdige Ministerium, die bürgerlichen Collegien, und Jeden, der freundlichen Antheil an unserer Anstalt nimmt, ehrerbietig und ergebenst ein. Die aufmunternde Theilnahme, die durch eine zahlreiche Versammlung uns bewiesen wird, werden wir mit dem aufrichtigsten Dank erkennen.